



Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

De priuatione Angelicæ claritatis, ob præsentiam alterius in cella eius
latentis. VI

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

C A P V T V I.

*Deprinzione Angelica claritatis, ob presentiam alterius
in celo eius latenter.*

1. **A**lia quadam vice, cognatus huius virginis Nicolaus nomine, cum confessore illius ingressus est ad eam visitationis gratia: & post habita colloquia, indicauit eis virgo modesta, quod libenter duabus aut tribus horis sola maneret in cella. Rogabat ergo eos, ut ad tempus spatiatum exirent, sperans se propter internorum recollectionem in absentia illorum, aliquid gratiae specialis accepturam. Specialiter tamen Nicolao supplcabat, ne ante tertiam vel quartam horam rediret. Illo igitur agente quod petebatur, confessor virginis (ipsa nesciente) cellam eius latenter est ingressus. Putans ergo se solam esse in secretario cubiculi sui, mox se disponebat ad percipiendam gratiam cœlestis Sponsi, per orationes deuotas pulsando intima cœli. Et ecce, ferè media hora transacta post meridiem, ingressus est ad eam angelus Domini, circumvolando levitati locum, ubi a gracie iacebat, sed amplius ei non appropinquabat.

2. Videns ergo virgo se non posse gaudiosa presentia eius perfrui, conturbata fleuit amarè. Interrogabat itaque angelum, an aliqua culpa Dominum offendisset, ob quam hac gratia perfrui non meruisset. At ille respondens: Nequaquam inquit; sed propter presentiam eius, qui in cella tua latenter sedet, & nititur scrutari & experiri gratiam tibi dispositam. Quo dicto, angelus ad ea discessit. Tunc virgo tam felici solatio priuata, vehementius est contristata, amariusque flere coepit: ita quod ad tempus extaticè non raperetur, licet saepe angelicæ visitationis gratia frucretur. Audiens igitur confessor eius eam taliter flentem, surgens indicauit ei se fuisse præsentem. Quo auditio, amplius conturbata est, quam si alius ibi fuisset: pro eo quod satis frequenter ei vitam suam indicauerat, quatenus absque exploratione diuinæ gratiæ crederet, que circa eam operabatur. Cum igitur ab hac turbatione recreata esset, & tranquillitatem receperisset, pius & misericors Deus, sicut frequenter antea fecerat, ira & postmodum extaticè eam supra se leuabat. Tunc impletum est in ea, quod per psalmistam dicitur: *Conueristi placidum meum in gaudium mibi: conscidisti saccum meum, & circumcidisti me latitia.*

